

# MONUMENTA LUGUBRIA,

214.  
QUIBUS

Mortem inopinam & luctuosam

## VIRI-JUVENIS

*Nobilissimi atque Literatissimi*

# DN. JOHANNIS CHRISTOPHORI



Philos. & L. L. Cultoris maxime  
industrii,

Die XXI. April. Feria I. Paschatos Anno  
Christi MDCCXV. Ætatis XXIII. pie  
placidèque defundi,

ET

Die XXIX. ejusdem Mensis in Templo Trag-  
heimensi solenniter humo mandati,

*Doloris testandi ergo*

Lugentes proseqvebantur

## FAUTORES INFRA NOMINATI.

---

REGIOMONTI,  
Literis REUSNERIANIS.



Uæ flores aperit, Juvenes operire virentes  
 In tumulis, facies Veris amæna solet.  
 Scilicet ut senibus mors est à fronte caducis:  
     A tergo vegetum sic manet illa virum.  
 Illi præsentem medicâ feliciter hostem  
     Nonnunquam fortis arte fugare valent.  
 Turmas sed Juvenum lethi terrore solutas  
     Sæva per insidias tela vibrata necant.  
 HAHNIUS, annorum viridi qui flore coruscus  
     Occubuit, testem mortuus hujus agit.  
 Eximium decus hoc, studiosæ flosque Coronæ  
     Commeruit vitæ stamina longa suæ.  
 Juribus intentus non hæc ceu juscula linxit,  
     Cæptum sed solers continuavit opus.  
 Ardorem probitas comitata, modestia multa,  
     Quô Charitum cunctis munere charuserat.  
 Jam, quando superas ad cœlit transit oras,  
     Paschate vix illum mors meliore beat.  
 Mundus enim dum Pascha colit Victoris averni,  
     Felix Defuncto transitus esse potest.  
 Petri Gallus erat monitor per criminalapsi,  
     Innumeris lacrymis cuius is ora rigat.  
 Est HAHNIUS quanto, Soboles dum Diva resurgit,  
     Lætior ac melior cantus in Orbe Poli?  
 Atras interea moëstis in lumina noctes  
     Convertat summi gratia grata DEI!

posuit  
B. Tileius, L. P. P.

**T**stequidem, Fratres, ingentis causa doloris,  
 Dum Fratrem ante diem mors inopina,  
     rapit,  
 Quæ Vobis mœstis arctissima foedera rumpit,  
 Non tamen absque DEO tristia fata premunt,  
 Supremum Numen, quod perfectissima quævis  
     Præstat, Defunctum duxit ad astra poli,  
 Qui sic excussit servilia vincula mundi  
     Et nunc in cœlis gaudia mille canens.  
 Ad portum felix ex sævô turbine venit,  
     Et benè qui vixit, fata beata subit,  
 Hoc Vestris, Fratres, lachrymis solamina præbet  
     Credite, tandem post nubila Phœbus erit.

*Hæc Dominis Fratribus mortem Domini Fratris  
 dolentibus in memoriam beatè defuncti Au-  
 ditoris sui quondam diligentissimi condolens  
 scripsi*

**Theodorus Boltz/ U. J. D.**  
 & Prof. Publ.

**T**AHNIUS hic noster, præclaro sanguine na-  
 tus,  
     Ut Rosa flagranti sole perusta cadit,  
 Heu quam maturo complet sua tempora fato,  
     Et nunc cum divis jubila læta canit.  
 Macete animis magno fracti mœrore Propinqui,  
     Cara DEi manus est dans rapiensque suos;  
 Carus erat vobis, cœlo sed carior ipsi,  
     Hinc manet æternum, quod fuit ante suum.  
 Hunc Fratrem vestrum modo præmisisti amœnum,  
     Quem Dominus vobis reddet in arce poli.

*Ita Defunctum doloris lacrimis  
 prosequitur*

**M. Johannes Balthasar Charisius.**  
 Sonnet.

## SORRE.

**D**Er seelge Oster-Zag ließ seinen Schimmer blicken/  
An dem der starke Held nach ausgestandner Pein/  
Aus seinem finstern Grab gieng zu dem Leben ein;  
Da must die Lebens-Krasst für Mortens - Hand sich  
bücken/

Ja warff der Knochen-Mann nicht gleich Dich auff den Rücken?  
Was Wunder / daß die Freund im Trauer-Nebel seyn/  
Ihr Brüder / Vetter / Dehn / verliert den Lebens-Schein!  
Indem die Gnaden-Sonn zum Lauff sich an willschicken.  
Dieselbe leuchtet Euch; Drumb lässt Gott nur walten:  
Aus dem Egypten-Land/ wo man im Finstern sitzt/  
Ausgehn nach Canaan / ist seelge Ostern halten/  
Wo voller Himmels Glanz in Seelger Augen blist.  
Sobald die Morgenröht des jüngsten Tags anbricht/  
Wird frähend dieser Hahn gewahr das Oster-Licht.'

Hiermit wolte den am ersten Oster-Tage unvermuhtet/  
doch seelig im Herrn Verstorbenen zu seiner  
Ruhe-Stätte begleiten helffen/

M. Arnold Brüning,  
S. M. C.

---

**B**RIPIT EX VIVIS JUVENEM FLORENTIBUS ANNIS  
DOCTRINÂ INSIGNEM MORTIS AVARA MANUS.  
PROH MISERUM FATUM! sed jam quas imbibit  
ARTES?

Et quæ non illum cœlica dona beant?  
Non igitur lugubri disrumpite pectora questu,  
Sed Domino grates psallite corde piò.

Lugens posuit

M. Carolus Sigismundus Krüger.

**D**O(**K**)